

**8470** M. Allienus Sp. f. | Rómanus décessit | ann. XXII; Gutta | puella, délicium eius | ann. VII, eódem dié mortua, | únó rogó combusta; in uno. (*A sinistra*) M'. Allienus | M'. l. Antiochus; | Alliéna M'. l. Daphnis, l. eius<sup>1</sup>; in uno. (*A dextra*) M'. Allienus | Sp. f. Clu. Romanus | vix. ann. XI.

*Romae, prope columbaria viae Codinae (cf. ad N. 7877) rep., urna marmorea tres ollas continens (VI 5165 vidit Henzen). — 1) Signa quaedam ∅ ∅ interpunctionis loco videntur esse.*

**8471** memoriae | Fabianae coniug. | dulciss. et amatiss., | cum qua vixit ann. XXI | m. VIII, sine ulla turpi | fama, et | Vitalinae fil. piússimae | et dulcissim., quae vixit | ann. XV mens. X d. XVI, | Providentius intimi | doloris et adfectionis ca[rissim.], | quod absente se. ambae | eadem hora sint horis | exemptae, et | Innocentius matr. carissimae | et dulcissimae.

*Comi (V 5345 vidit Mommsen, praeter ultimas uniuscuiusque versus litteras, quas servavit Bertarelli).*

**8472** d. m. | C. Turranius Hermadion | et Varena Iucunda fecer. | Augurino, vix. ann. XII | mens. II | d. XXV, et Augurinae. vix. ann. VI m. IV | d. IV, filis karissimis, qui deceperunt<sup>1</sup> | una unoq. lecto elati, libertis | libertabusq. posterisq. eor.

*Romae (VI 27805 vidit Henzen). — 1) Cf. N. 8482.*

**8473** d. m. s. | pupus<sup>1</sup> Torquatianus | filius bonus qui semper | parentibus obsequens | vixit annis VIII m. VIII d. XIII; | item alius pupus Laetianus, qui | idem fil. bonus et obsequens | idem parentibus vixit annis | n. v m. VI d. VI. Posuerunt Gajianus et Eucharis parentes | filis dulcissimis sed non hoc | merentes a vobis, qui sibi sense|runt<sup>2</sup> III idus Sept., ex quibus unus vixit in | XI kal. Oct. et alius in III kal. eadem.

*Romae, tabula marmorea litteris formae cursivae (VI 27556 vidit Henzen; delineavit Marinus Arval. tab. ad p. 265; cf. Huebner ex. scr. epigr. 1169; imaginem dedit etiam Hellem's American journal of archaeology 1899 p. 202). — 1) Cf. supra N. 44. 6502 (not. 6). Marquardt Privatl. d. Röm. (ed. 2) p. 10 not. 5. — 2) Sc. morbum ingruentem (Momms.).*

**8474** M. Antonius M. f. Rufus; | Antonia M. f. Tertulla | mater calamitosa | uno tempore duobus amissis | filis suis dat.

*Romae, nunc Londinii (VI 42011 vidit Huebner).*

**8474<sup>a</sup>** Zetes et Calais<sup>1</sup> | duo fratres | gemelli obierunt | amantes.

*Romae rep. una cum N. 7852 (VI 7426 vidit Mommsen). — 1) Nota Boreadarum nomina fratribus gemellis indita.*

**8475** d. m., v. f. | Cassi Hy|acinthi, du|os nutricavi, | unum cum tor|mento animi | amisi ann. XVIII, | alium supersti|tem in diem vitae | florui.

*Comi (V 5357 Mommsen vidit ectypum).*